



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor ex toto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



## LIBER II. CONSIDERATIO I

AMOR DEI,

*Amo ex toto.*



Ubes, Domine, ut amente, & ex toto Idipsum ego cupio, ac delector amare te totus, totis viribus corporis, animæ. Amo Deum meum et meum hoc tripliciter. Primo, ut non *contra Deum*, non committendi eum unquam peccatum mortale: Secundo, *contra Deum*, ne etiam deliberate peccatum veniale: Tertio, *omnia propter Deum*, referendo quidquid cogit, quid loquor, quidquid ago, ad gloriam Dei.

O Scala sancti Amoris! Beatus, qui per eam ascendit in coelum, fugiendo primum omne peccatum, deinde etiam leve, ac denique consecrando se in servitio & amori divino!

O mi Deus, hoc est meum desiderium, ex toto odisse quæ tu odisti; & amare, quæ tu amas. Tibi anima mea, Deus meus: tibi vivat manus mea in operando, pes meus in ambulando, lingua mea in loquendo, tibi vivat cor meum longè ab omni amore profano, plenum solo divino. O cor beatum, quod tantum sanctus Amor, purificat purus amor, delectat & servat divinus!